



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae
Ferinae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1499

XCI. Henrici Rudingeri Consil. Palatini Epitaphium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12416

*Fallor? an hinc lauit Charis? an Venus? veragis
Lauit: & è membris sic nitet vnda magis.*

XXCIX.

Ad Ioannem Parsimonium

Abbatem Hirsaugium.

*Fictorum vetus illa gens deorum
Cultrix, hospitibus louem fauentem
Finxit: quem Xenium vocauit: atque
Summa religione consecrauit:*

At tu Iuppiter ille, PARSIMONI,

Sis ò sis mihi magnus Hospitalis:

Qui, quos excipis, hospites amicos

Tractas comiter, atque perbenignè.

O mentem Iouis hospitibus serenam!

O sedem aureolam tuam hospitalem!

XC.

Meliori Iægero Conf.

Virtebergico.

Quid melius Meliore fuit? quod sis bonus, euge

Mi Melior, certum nomine, reque facis.

CXI.

Henrici Rudingeri Confil.

Palatini Epitaphium.

Fidus minister curiæ Palatinæ:

Trium Silentiaris ducum fidus:

Fide optima in Deum, & fide optima in ciues
Natus: probatus exteris, suis carus:
HENRICVS ille RVDIGERVS hic dormit:
Præptus heu fato nimis repentino:
Lucemque præstolatur inde supremam.
Ibo spes: & bene VIVE, sed MEMOR LETHI.

XCII.

Dauidi Hagio Secret. Pal.

& Saræ Ienilchæ Augustanæ
Epithalamium.

Festa paras, DAVID, dum conjugalia SARÆ:

Mille fuit quæ spes inuidiosa procis:

Pro votis jubeo te Sponse jugalibus, & te

Sponsa simul, memorem nominis esse tui.

Curia? fortè rogas, vt ameris, amabilis esto:

Sic sponsæ Dauid, sic Agapetus eris.

At tu, quò vincas, te vince, & vincere rursus:

Sara tui victrix sic potes esse viri.

Omnia vincit amor: sic vosmet amore vicissim

Vincite: fit nomen tunc viriusque ratum.

XCIII.

Ioanni Mylio Iurisc.

Si nec de te alius, nec tu de sorte queraris,

Aut alijs: hæc est optima vita, MYLI.

Scilicet hic viuit feliciter: absque querela

Qui viuit, metuens semper, amansque Dei.

Ad